Quelle: https://manuscripta.at/?ID=886
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ad velocitatem stelle angulus igitur cuius proportio ad angulum h e k est sicut proportio velocitatis orbis egredientis centri ad velocitatem stelle est maior angulo h t k. Sit igitur etiam angulus h t n. et quia in tempore equali pertransit stella ipsa arcum k h et minuetur angulo ancius k t h. et movet eam orbis egredientis centri per motum suum in seipso ad successionem signorum angulo h t n. et est maior angulo k t h. tunc manifestum est quod hoc modo etiam videtur stella postiorata angulo k t m. Ex hiis autem que cum hiis faciliter faciunt forte illud est quod iste res eedem demonstrabuntur quando nos posuimus in forma simili huic proportionem medietatis linee l k ad lineam k z. sicut proportionem velocitatis orbis revolutionis ad velocitatem stelle donec sit etiam proportio medietatis linee k m ad lineam k t. sit proportio velocitatis orbis egredientis centri ad velocitatem orbis revolutionis. Et ymaginati fuimus arcum k h. iam separatum ab ea parte que sequitur longitudinem propinquiorem a linea l z. Cum ergo producta fuit linea l h. et provenit triangulus l z h et fuit posita in eo linea k z. longior linea h z. fiet proportio linee l k. ad lineam k l z minor proportione anguli h z l. ad angulum h l k. Quapropter erit etiam proportio medietatis linee l k. ad lineam k z. minor proportione anguli h z k ad duplum anguli h l k. scilicet angulum k e h. et ergo quod declaravimus etiam provenit secundum illas res easdem conversum illius et est ut anguli k e h proportio ad angulum h z k sit minor proportione velocitatis stelle ad velocitatem orbis revolutionis et proportio quidem est ad angulum h e k sit minor proportione velocitatis stelle ad velocitatem orbis egredientis centri donec sit angulus cuius proportio ad hunc angulum est equalis huic proportioni maior angulo k l e h. et ut sit etiam motus antecessionis maior motu postiorationis et manifestum est quod in longitudinibus in quibus est proportio linee e g. ad lineam g z non maior proportione velocitatis orbis revolutionis ad velocitatem stelle non est possibile. si fuit linea a g z. recta in proportione huic simili ut videatur stella stans neque precedens et illud est quia propterea quod ita fuit posita in triangulo e k z. linea e g. non minor linea e k. tunc proportio anguli a z k. ad angulum g e k erit minor proportione linee e g. ad lineam g z. Ergo proportio linee e g ad lineam g z. non est minor proportione velocitatis orbis revolutionis ad velocitatem stelle Quapropter quia nos iam ostendimus quod ubicumque convenit illud quod stella videtur postior tunc non invenimus orbis revolutionis neque orbis egredientis centri arcum omnino in quo videatur antecedens.

Et quia illud est ita tunc. Capitulum 2. In declinatione antecessionis Saturni.

Et modo narrabimus inventionem antecessionis et retrocessionis in una et una stellarum secundum quod sequitur ex radicibus que firmate sunt et incipiemus in hoc a saturno secundum hunc modum. Sit itaque circulus qui revolvit centrum orbis revolutionis super quod sit a b. circa dyametrum a g b Et ponam super ipsum centrum orbis signorum scilicet visum super punctum b. et signabo super centrum a. orbe revolutionis super quod sunt d e z h. et producam lineam g z e protractione cum quod sit cum protrahetur super ipsam proportione